

ANNUS XIII.

1929. PRO JANUARIO.

NUMERUS 4.



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.


Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer
egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.

Dr. Stephanus Acsay

in regiam districtus intermedischolaris circumpestini recturam superiorem promotus.

Dignissimum doctorem Stephanum Acsay, publici¹ gymnasi Madáchiani in septima regione Budapestina regium hactenus rectorem superiorem, ineunte mense Januario Summae Dignitatis Gubernator Hungariae promovit² in regiam districtus intermedischolaris circumpestini recturam superiorem.³

Praedestinaverant eum iam pridem ad superiorem hunc gradum honoris eximiae ingenii facultates⁴, nobiles⁵ viri virtutes, denique de scholasticis administrandis rebus plurima vel optime merita⁶; novissime autem et id, quod iam sesquialterum⁷ annum eidem muneri designatus et administrans praerat rector superior.



Promotio itaque Stephani Acsay omnes, qui eum noverunt, aequo puroque affecit gaudio. Congratulabantur ei simul cum novo ineunte anno etiam novum honorem cognati, amici, collegae; etquidem veteres pariter ac subditi⁸ novi. Praecipua caritate celebravit eum, tamquam praesidem suum honoratissimum, Societas Magistrorum Intermedischolarium Catholicorum in Collegio Gerhardino.

Unum erat, gymnasium Madáchianum, cui promotio Stephani Acsay non solum summum gaudium, sed etiam sum-

¹ állami ² elöléptette ³ a pestvidéki tankerület kör. fölígazgatóságára ⁴ tehetsége ⁵ nemes ⁶ sok nagy érdeme ⁷ másfél éve ⁸ új alarendeltjei.

Per.
Lat
020



mum attulerit dolorem. Post dies nempe gratulationum laetos advenerunt et tristes dies valedicendi.⁹ In honorem denique rectori dilectissimo magistri gymnasi una cum discipulis festum¹⁰ scholare paraverunt pulcherrimum, in quo honestis¹¹ verbis gratisque animis schola valedixit rectori decedenti, rector decedens¹² dilectissimae iuventuti studiosae carissimisque suis collegis professoribus.

Ephemeris vero «*Iuventus*» eiusque lectores, etquidem nonsolum iuvenes studiosi, sed etiam magistrorum quam plurimi, item nonnulli qui sunt illustrissimi «*Iuventutis*» amici, redeunt ad gratulandum imisque¹³ cordibus supremo ephemeridis patrono Stephano Acsay ad superiorem honorem cuncta felicia¹⁴ faustaque precantur. — Ad multos annos! —

9 a bűcsúzásnak szomorú napjai 10 iskolai ünnepélyt rendeztek 11 megtisztelő szavakkal és hálás érzelmekkel 12 távozó 13 szívök mélyéből 14 sok szerencsét, boldogságot kívánnak.



De origine lacus Balatonis.

In illa regione, ubi nunc undae Balatonis murmurant,¹ olim campi fertiles erant. Per totam illam regionem pastor quidam senex suos greges pascebat. Homo superbior et avarior, pigrior et corde durior, quam ille, in ea regione non erat. Cum vicinis suis superbe loquebatur. Contra servos suos severe² se habebat. Fugiebant eum homines, et vir malus solus mansit. Itaque paulatim etiam greges eius dispersi³ sunt.

Cum denique pastor maestus⁴ ultimum suorum gregum pastum⁵ ageret, caprae divagantes⁶ valde magnam iram ei moverunt. Ira obcaecatus⁷ lapidibus capras percutiebat. Uni, alacerrimae, iam et caput lapide contundere⁸ parabat.

Sed lapis, quem arripere⁹ voluit, valde

Ad Stephanum Acsay

promotum decadentemque e gymnasio in receturam superiorem.

Abunda nobis lacrima funditur,
Cum tu, magister semper amabilis,
Prolem,¹ directuram, cathedram,
Gymnasiumque tuum relinquis.

Sursum² vocari praemia summa sunt!
Virtute magna vir debet indui,
Qui mente³ ferre vult levata³
Impositum capit niorem.⁴

Scientiarum splendida sidera,
Virtutum amoena te decorant rosae:
Tu coelitus Divo donatam
Non geris immeritus⁵ coronam.

¹ a tanuló ifjúságot ² felfelé, magasabbra ³ emelt fövel ⁴ tisztség fényét ⁵ nem érdemetlenül viseled.

magnus erat. Pastor frustra molitur¹⁰; lapis non cessat.¹¹ Post longum conatum denique amoget illum humo. Sed ecce, quid videt? ! Ex loco lapidis aqua bullit!¹² Bullit semper vi maiore inundatque terram circa pastorem.

Pastor infirme¹³ stupet. Iam etiam gregem suum circumdat aqua. Diluvies semper crescit. Capras aufert. Pastor ad sanitatem¹⁴ redit. Sed fuga iam sera est. Undae etiam ipsum obruunt.¹⁵

Absumtu¹⁶ est pastor improbus¹⁷ in illa inundatione, ex qua lacus Balaton est ortus.

Novissimis annis, praesertim aestate balneandi¹⁸ causa, lacus Balaton summopere frequentatur, eiusque amoenitates etiam ab externis hospitibus admirantur. Nos Hungari cum quadam pia superbia¹⁹ etiam «mare Hungaricum» eum appellamus.

¹ zúgnak ² kiméletlenül viselkedett ³ elszéleddtek
⁴ búskomoran ⁵ legelní ⁶ az elkószáló kecskék
⁷ a haragtól elvakulva ⁸ agyonverni akarta ⁹ felkapni
¹⁰ erőlködni ¹¹ nem enged ¹² bugyog ¹³ tehetetlenül
¹⁴ észre tér ¹⁵ elborítják ¹⁶ elpusztult
¹⁷ gonosz ¹⁸ fürdőzés végett ¹⁹ bizonyos szelid büszkeséggel.

Pater superne⁶ sortem hominum videt
Vitasque nostras in manibus tenet,
Orbisque terrarum movet
Omnipotente Deo iubente...

Fortuna⁷ Hungros trusit in odium,⁸
Hostesque cingunt undique patriam :
Vir integer⁹ si dux ubique,
Non rabies inimica vincet !

Coelipotens Deus, Te petimus, vide,
Vir hic, qui nobis dulce decus¹⁰ fuit,
Ut tempore omni sit beatus,
Et patriam videat beatam !

Scripsit Stephanus Farkas,
classis VIII. A. magister.

⁶ onnan felülről ⁷ a balsors ⁸ a meggyűlölt-
ségbé tasztította le ⁹ tiszta jellemű ¹⁰ édes díszünk.

¹ a tanács házban ² cselekedetei ³ szinte túlságosan
babonásaknak látlak titeket ⁴ bálványaitokat
⁵ rászorulva bármire is.

Lacus Balaton saepe conturbari²⁰ solet
etiam sine quacunque causa perceptabili²¹
«Movet undas ira submersi pastoris» —
aiunt riparum incolae. In ripis vero peninsulae Tihanyiensis colligunt pueri — documento²² fabulae — petrificatas²³ caprarum
submersarum ungulas.²⁴

Convertit Helena Bánhegyi
discipula VI. classis.

²⁰ háborogni ²¹ észrevehető ²² a mese bizonyoságául
²³ megkövesedett ²⁴ körmeit.

Echo¹ Tihanyiensis.

Degebatur olim in peninsula Tihanyensi in
arce Tihany regina pulcherrima et opulen-
tissima ; infelix tamen, quia erat muta.³

Degebatur in vicinia rex lacus Balatonis
potentissimus ; infelix tamen, quia filius
eius aegrotabat.⁴

«Statim consanescerem,⁵ — inquit filius
regis — si videre possem reginam Tihanyi-
ensem.»

EX ARCHIVO RELIGIOSO

Paulus apostolus

Athenis in Areopago.¹

(Actus² apostolorum, cap. XVII. verss. 22., 23., 24.,
25., 28.)

22. Stans autem Paulus in medio Areopagi,
ait: Viri Athenienses, per omnia quasi
superstitiosiores³ vos video.

23. Praeteriens enim, et videns simulacula⁴
vestra, inveni et aram, in qua scriptum erat:
Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis,
hoc ego annuntio vobis.

24. Deus, qui fecit mundum et omnia,
quae in eo sunt, hic coeli et terrae cum sit
Dominus, non in manufactis templis habitat,

25. nec manibus humanis colitur indigens⁵
aliquo, cum ipse det omnibus vitam, et
inspirationem, et omnia :

28. In ipso enim vivimus, et movemur, et
sumus ; sicut et quidam vestrorum poetarum
dixerunt : Ipsius enim et genus sumus.

Rex abiit ad reginam, vocavitque eam ad
aegrotum filium. Regina concessit⁶ voto⁷
regis; venit ad eius aegrotum filium, qui
ubi reginam vidit, statim consanuit.

Rex beneficij remunerandi⁸ gratia reginae
mutae vocem reddidit.

Mox iterum aegrotare coepit regis filius.
«Sanus fierem, — inquit — si audirem can-
tum reginae Tihanyiensis.»


Regina vero recepta voce superbire⁹ coepit
et noluit canere aegroto regis filio, qui hanc
ob causam brevi mortuus est.

Punivit autem Balatonis rex reginam
Tihanyensem gravi supplicio. Inclusa nempe
in antro sub templo Tihanyensi, usque ad
hoc tempus¹⁰ poenas luens¹¹ superbiae, cui-
cunque acclamanti vel canenti vocem septies
repercussam debet reddere.¹²

Convertit Franciscus Szabó
d. V. cl.

¹ visszhang ² élt ³ néma ⁴ beteg volt ⁵ meggyó-
gyulnék ⁶ engedett ⁷ kívánságának ⁸ jótéteménye
hálás viszonzásául ⁹ dölyfösködni ¹⁰ mind e mai
napig ¹¹ kevélységéért lakolva ¹² köteles vissza-
zengeni.

Dr. Emanuel Pokorny.



Textum ad imaginem vide in Arena Iuventutis. — Gratos discipulorum animos erga magistros semper magni aestimamus. — Cum Horatio probos mores docili iuventue, senectuti placidae quietem precamur.

Dr. Emanuel Pokorny.

Abdicavit¹ se munere gubernandi Instituti Rákóczi atque dirigendi gymnasii realioris archiepiscopalii catholici, quae sunt Budapesti in regione II-da,² reverendissimus dominus dr. Emanuel Pokorny. Optimus ille rector erat, carissimusque omnium magistrorum. Discessit³ a gymnasio institutoque suo dilecto: at non ut fesso corpori otium daret, sed ut porro oraret et laboraret.

Vir hic piissimus doctissimusque Viennae anno 1860. natus est. Jam inter conscholares⁴ suos pietate et sapientia excellebat. Finitis studiis theologicis⁵ sacerdos est consecratus et aliquamdiu capellanus⁶ erat Schemnicii.⁷ Deinde Budapesti in scholis elementariis per annum catechistae⁸ munere fungebatur. Ultimis annis saeculi XIX. tironibus⁹ protegendis domicilium¹⁰ instituit in via Francisci Toldi. Diebus Dominicis¹¹ tempore pomeridiano huc pueri tirones conveniebant: terebant tempus decenter¹²;

EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

De astutia¹ Tartarorum

ad transeundum Danubium exquisita.¹

(Ex Magistri Rogerii miserabili carmine super destructione regni Hungariae per Tartaros facta, cap. XXXVIII.)

Sed cum Strigonium² in Hungaria omnes et singulas praecelleret civitates,³ maxime cogitabant transire Danubium et ibi figere⁴ castra sua. Et ecce in hieme nivis et glacie abundantia supervenit, ita *quod*⁵ Danubius, quod non acciderat a multis retroactis temporibus,⁶ gelabatur. Sed Hungari ex ipsorum parte singulis diebus frangebant glacies,⁷ et custodiebant Danubium; ita *quod*⁵ assidue siebat pugna peditum super gelu.

¹ kieszelt ravaszságáról ² Esztergom ³ felülműlja az összes városokat ⁴ tábor ütni ⁵ hogy *ut* consecutivum helyett, de az állítmány maradt indicativusban) ⁶ befagyott. ⁷ tördelték a jeget (pl. acc.)

discebant, ludebant sub tutela viri providentissimi, qui eis etiam merendam¹³ dabat. Mox ob merita¹⁴ designatus est professor doctrinæ¹⁵ religionis in gymnasio regio catholico II. regionis Budapesti, ubi caritate omnium nactus amicitiam, triginta annos docebat.

Anno 1916. praeficitur Instituto Rákóczianno gymnasioque realiori archiepiscopalii¹⁶ catholico. Gravia ei toleranda erant anno post collapsum¹⁷ bellum mundi, quando a sic dictis communis et ipse ad deponendum sacerdotium et ad eliminandam¹⁸ e schola religionem cogebatur, sed incassum¹⁹; ipse enim discipulos constanter et porro docebat religionem.

Gymnasium atque Institutum Rákócziianum pro internis alumnis adiunctum eo tempore

¹ lemondott ² a II. kerületben ³ megvált ⁴ iskola-társai között ⁵ hittudományi ⁶ káplán ⁷ Selmecen ⁸ hitoktató volt ⁹ inasok gondozására ¹⁰ otthont ¹¹ vasárnaponkint ¹² illelőmesen töltötték az időt ¹³ uzsonnát is ¹⁴ érdemeiért ¹⁵ vallástan ¹⁶ érseki ¹⁷ a világháború összeomlása utáni évben ¹⁸ kiküszöbölösére ¹⁹ de hasztalanul.

Tamen cum dirae⁸ glacies advenerunt, totus Danubius congelatus est; sed isti transire cum equis nullatenus⁹ attentabant.

Advertite¹⁰ igitur, quid fecerint. Multos equos et animalia super ripam Danubii adduxerunt, et neminem per tres dies ad eorum custodiam dimiserunt; ita quod⁵ bestiae sine custodibus pergere videbantur; nec aliquis eorum in illis partibus apparebat. Tunc Hungari credentes Tartaros recessisse,¹¹ subito transierunt, et omnia illa animalia per glacies transduxerunt. Quod Tartari advertentes,¹² cogitarunt posse in equis¹³ transire libere super gelu. Quod et factum est; et tot¹⁴ uno impetu transierunt, quod⁵ ex ista parte Danubii terrae faciem impleverunt... — Rex autem Cadan post regem Hungariae prope-ravit. Videns Cadan, quod eum capere non posset, destruxit Boznam, regnum Rasciae, et inde in Bulgariam pertransivit.

⁸ a kemény jégtáblák ⁹ semmiképen meg sem kísérletk ¹⁰ figyeljetek ¹¹ hogy visszavonultak ¹² (animadvertisentes) észrevéve ¹³ lóháton ¹⁴ annyian.

nonnisi sacellum²⁰ habebat, quod discipulos vix recipere poterat. Itaque rector novus in fundo Instituti templum aedicandum esse decrevit. Opere anno 1924. incepto saepe et ipse una cum operariis laborabat. Pecuniam ad aedicandum necessariam imprimis e suo dabat. Consecratum est templum anno 1926. a principe-primate²¹ Hungariae, archiepiscopo Strigoniensi, *dre Joanne Csernoch*.

Emanuel Pokorný ob optime mérita anno 1925. praelatus pontifici²² domesticus est nominatus. Hoc ipso anno valetudinis²³ causa in Italia peregrinabatur,²⁴ unde rever-sus mox iterum laborem suscepit.

Discedenti nunc Tibi, vir illustrissime, intimo cum dolore valedicimus, atque ro-gamus Te: non obliviscaris discipulorum tuorum in orationibus tuis, sicut nec disci-puli tui grati obliscentur paternae tuae bonitatis.

*Scrispsit Ludovicus Korenchy
d. VIII. cl.*

²⁰ csak kápolnája volt ²¹ hercegprímás ²² a pápának ²³ egészségi okból ²⁴ utazott.

Sophocles.

Sophocles, tragicorum princeps poetarum, natus est Coloni in Attica anno ante Chr. n. 496. Hunc locum natalem ipse Sophocles describit in tragœdia, quæ inscribitur «Oedi-pus Coloneus». Pater Sophoclis, Sophillus, qui armorum fuit machinator,¹ filium maxima cum diligentia educari curavit. Didicit artem saltandi,² et cantare ad chordarum³ so-num, nec non palaestrae⁴ (sicuti iuvenes novorum^{*} morum nostris temporibus) operam dabat Sophocles, certandoque saepius tulit palmarum. Vix annorum 15, festo anniversario⁵ victoriae de Persis ad Salamina (a. ante Chr. n. 480.) partae, intererat⁶ choro, qui saltando et canendo triumphalem paeanem⁷ dedit.

Annos 27 natus in publico certamine⁸ superavit Aeschylum, patrem tragœdiae, qua de causa magni famam poetae adeptus est. Cum Pericle Sophocli erat summa familiaritas et consuetudo⁹; tragœdia autem, quæ inscribitur «Antigone» (nunc novorum morum^{*} quoque temporibus toto orbe ter-rarum celebrata et laudata) adeo fuit Atheniensibus accepta,¹⁰ ut Sophoclem inter cete-ros ducem belli elegerint. At ducis munere fungens¹¹ haud aequavit¹² poetam.

In scribendam tragœdiam novas induxit mutationes: ipso nempe auctore est receptum, ut etiam tertius actor¹³ in scenam produc-retur; item prorsus omni ex parte tragœdiam Graecam ornavit mirumque in modum ex-coluit. Plures quam centum tragœdiae So-phocli adscribuntur,¹⁴ quarum vero integrae¹⁵ tantum septem remanserunt.

Qualis homo fuerit Sophocles in vita quo-diana, quaesiverit quispiam. Omnibus erat ille carus; fuit natura comis,¹⁶ urbanus,¹⁷ benignusque erga omnes. Genere dicendi

¹ fegyverkovács ² a táncolás művészete ³ húrok zengésére ⁴ nemkülönben a testgyakorlásra is ⁵ év-forduló ünnepén ⁶ szerepelt a karban ⁷ a diadalmi éneket ⁸ versenyen ⁹ baráti viszony ¹⁰ annyira megkedvelték ¹¹ a vezéri szerepben ¹² nem igen ért fel a költővel ¹³ színész ¹⁴ tulajdonittatnak ¹⁵ ép-ségen ¹⁶ szíves, nyájas ¹⁷ úri modorú * modern.

illius omnes delectabantur amiici, quod sale¹⁸ Attico haud unquam carebat et facetiis.¹⁹ Fama eius divulgabatur per omnes civitates, et licet a pluribus regibus esset invitatus, solus illustrissimorum poetarum Graecorum usque ad ultimum vitae halitum²⁰ Athenis mansit inter dilectos suos populares.²¹

Ob neglectam²² rem familiarem a filio Iophone in iudicium est vocatus, ut a iudicibus tamquam despiens²³ ab re familiaris administranda removeretur. Sophocles hac vice nihil aliud molitus²⁴ est, quam ut «Oedipum Coloneum», quem novissime scripserat, publice coram iudicibus recitaret. Poeta annis senex, sed ingenio iuvenis, iudicum sententiis liberatus est.

De causa mortis Sophoclis haec dicit Varius Maximus: «Sophocles ultimae iam senectutis, cum in certamen tragoediam dimisisset,²⁵ anicipi sententiarum eventu diu sollicitus,²⁶ aliquando tamen una sententia vitor, causam mortis gaudium habuit».

Eandem causam mortis eius refert Plinius (Nat. Hist. VII.): «Gaudio perierte... Sophocles et Dyonisius, Siciliae tyrannus, uterque accepto tragicae victoriae nuntio».

Vita egressus est anno ante Chr. n. 406. et mirabilem reliquit sui ad posteritatem famam. Illo tempore Lacedaemonii Lysandro duce Athenas oppugnabant, qui de morte Sophoclis certior factus summi honoris gratia, quo ipse quoque Sophoclem principem tragicorum prosequebatur, intermisit²⁷ oppugnationem, quoad Athenienses imperturbati iusta²⁸ Sophocli facere possent. Quae res liberalitatem et humanitatem Graecorum ad coelum laudibus effert, documento²⁹ gentibus Europae nunc temporis³⁰ inter se inimicissimis.

*Sebastianus Módy,
Quinque-Ecclesiis.*

¹⁸ soha nem volt hijával az attikai szellemességeknek és ¹⁹ jókedvű élceknek ²⁰ lehelletéig ²¹ földjei között ²² a családi vagyon elhanyagolása miatt ²³ mint gyengeelméjű ²⁴ semmi egyébbel nem veszödött ²⁵ versenyre bocsátott ²⁶ a szavazatok esélyén sokáig aggódva ²⁷ abbahagyta, félbeszakította ²⁸ míg megadják a végítességet ²⁹ tanulságul ³⁰ a mostani.



Excusavit se. Discipulus sero in scholam advenit.

Magister eum increpat¹: Cur tam tarde² venisti?

Discipulus: Glaciata³ est via et valde lubrica,⁴ quaeso, domine magister. Ubi passum prorsus⁵ faciebam, duos relapsabam.⁶

Magister: Quomodo attamen huc pervenisti?

Discipulus: Retorsi⁷ gressum, rogo humili me. (*Convérit Mich. Petrák.*)

*

Absurdum. Medicus ad patientem, cui viperā frontem momorderat: Vae, miser! Cur non statim curavisti morsum?⁸ Subito venenum exsugere⁹ debuisti!

(*Convertit Steph. Pauer.*)

*

Vicemendicus. Mendicus¹⁰ caecus sedet iuxta viam. Praeteriens quidam immittit¹¹ ei pecuniam in galeram.¹² Tum autem anima advertit illum non esse caecum, sed perbene videntem. Itaque corripit¹³ eum: «Tu non es caecus! Quomodo audes¹⁴ mendicare?»

Mendicus: Domine, quaeso, ego revera non sum caecus, nec mendicus; at nunc hic caeci mendici vice fungor.¹⁵

Dominus: Cur hoc? Ubi est verus mendicus?

Vicemendicus: In theatro.

(*Convertit Steph. Frühbauer.*)

*

Gloriosi.¹⁶ In circulo sociorum auceps¹⁷ quidam gloriatur se merulæ¹⁸ vocem adeo ad fidem¹⁹ imitari scire, ut merulæ ad se convolent.

¹ rákiált ² olyan későn ³ fagyos ⁴ csuszamlós
⁵ előre ⁶ visszaestsztám ⁷ visszafelé fordítottam a járást ⁸ a viperamarást ⁹ ki kellett volna szopnod a mérgét ¹⁰ vak koldus ¹¹ bedob ¹² a sapkájába ¹³ megrója ¹⁴ mersz koldulni ¹⁵ a vak koldust helyettesítem ¹⁶ a kérkedők ¹⁷ egy madarász ¹⁸ szürke rigó ¹⁹ híven.



Hoc nihil est, — ait quidam rusticus —
ego adeo ad fidem imitor galli cantum,²⁰ ut
sub meo cantu²¹ sol oriatur.

(Convertit Ios. Faubl.)

4

Retrinverse.²² Magister ad discipulos severe: Coniugationem cras proverse,²³ retrinverse, punctim,²⁴ et quacunque ratione sine mendo²⁵ scire debetis! Percepistis?...

Discipuli : Utique,²⁶ percepimus.

Postero die magister in examinando : Tu, Rufe ! Dicas mihi verbi *legendi* activi indicativi praesens — *retrinverso* !

Rufus uno halitu: *tnugel, sitigel, sumigel; tigel, sigel, ogel.*

Magister: Maledicte puer! Qua tu Boto-cuda²⁷ lingua deliras?...

Rufus: Veniam peto, domine magister!
Coniugavi, sicuti postulavisti, retrinverse.

(Ex relatione A. L. de E.)

La Rotatoire H. H. de L.

20 a kakasszót 21 kukorekolásomra 22 visszafele
23 előre 24 egyes kérdésre 25 hiba nélkül kell tudno-
tok 26 igen, megértettük 27 miséle botokúd nyelven
eszselősködöl?

EX DIURNIS

Tempestas toto mense Januario erat hie-
malis pulchra. Nives satis abundae, sed
pluviae nullae. Frigora continua,¹ sed non
intolerabilia. Glacies bene dura et ad lubri-
candum² vel aptissima. Pueri iuvenesque
gaudiis deliciisque fruebantur hiemalibus.
Areae³ glaciales refertae semper erant lubri-
cantibus; sed et in saltibus et collibus
magna gaudebat frequentia⁴ trahulari,⁵ vel
lubricibus longis⁶ currere.

Revisionis titulo recensionem⁷ poscit tota Hungaria pacti Trianonensis. Ultra decimum iam tabescimus⁸ aenum iniuriis illius sicut dictae pacis Trianonensis. Sentimus nos, vident externi illo pacto gentem Hungarorum ad suffocandum⁹ condemnatam esse. Movent actionem recensendae pacis apud externos ephemerides Rothermerii; domi, quoteunque sunt ephemerides. Idem movent in conciliis diversae societates et cuncta municipia.¹⁰

1 tartós 2 korescsolyázásra 3 jégpályák 4 sokaság
5 ereszkedni (ródlizni) 6 sielni 7 felülvizsgálását
8 sinylődünk 9 megfotjásra 10 törvényhatóságok.

Solutiones aenigmatum Numeri 3.

- I. Quot capita, tot sensus.
II. Bis quini canes venatici: decem digiti;
ferae capienda erant: pulices, pediculi etc.
III. *Themistocles*. (1. Tacitus, 2. Hamilcar,
3. Epicurus, 4. Marcus Aurelius, 5. Icarus,
6. Scipio, 7. Trajanus, 8. Octavianus, 9. Cyrus,
10. Leonidas, 11. Ephialtes, 12. Sallustius.)
IV. Extra Hungariam non est vita; si est vita,
non est ita. (1a, 3b, 4d, 2e, 1c, 2a, 4b, 3d, 1e,
(2c), 3a, 4c, 3e, 1d, 2b, 4a, (3c), 4e, 2d, 1b).

Aenigmata Numeri 3. recte dissol- verant:


Magna cohors Veszprémiensium : Michael Pet-rák, Stephanus Ország, Ioannes Leiker, Joannes Dáloky, Iosephus Ágh, Stephanus Frühbauer, Stephanus Németh, Ioannes Taál, Franciscus Szelmayer, Ladislaus Tóth, Ludovicus Kurcz, Stephanus Bilustyák, Franciscus Szabó, Ladislaus Ránzay, Ladislaus Vörös, Iosephus Albrecht, Iosephus Szenes, Iosephus Faubl, discipuli V. classis gymn.; Ioannes Nagy, Georgius Kaszás, Nicolaus Németh, Iulius Fábián, Ladislaus Faubl, Bela Vörös, discipuli IV. classis gymn.; Helena Szakáts, discipula IV. classis gymn. — Iosephus Balogh, discipulus classis II/B. gymn. reg. cath. Miskolciensis aenigma quartum; Iulius Barakovits, d. cl. VIII. gymnasii realioris Szekszárdiensis; Stephanus Pauer, d. gymn. Praemonstr. Sabariensis; Nicolaus Rosenberg, d. cl. VI. gymn. realioris Keszhelyiensis; Susanna Kauser, discipula VII. cl. thygatrogymnasialis Bp.; Elisabetha Gross cl. VI/A., Rosa Feldmann cl. VII/B., Magdalena Reiner cl. VII., discipulae thygatrogymnasii fund. eccl. Izr. Bp.; Josephus Csáki, nec non Stephanus Weisz, ambo discipuli IV. cl. gymn. realioris Quinque-Ecclesiensis (Pécs).

Aenigmata prioris Numeri 2. recte dissolverant:

Solutiones vero nonnisi post impressum
Numerum 3.um ad constructorem pervenerunt
a sequentibus: ab Eugenio Horváth, discipulo
II. classis gymn. Veszprémiensis; Sopronio a
septem discipulis VI.-tae classis thygatrogymna-
sii Ordinis Sanctae Ursulae: a Clarissa Abaffy,
Helena Bánhegyi, Adriana Fister, Helena Rodé,
Maria Toscano, Emilia Véghelyi, Helena Világhy.

AENIGMATA.

I.



II.

(Ad saltum equulei — a Ludovico Kránitz.)

ptos	car	di	\times Spon	rat	bat	pta
ce	te	Quid	ad	bam	ve	e
men	a	a	ver	me	tem	e
su	re	nu	quid	ni	sus	ros

Distichon Ovidii de semet ipso.



Ioan. V. A., Georg. W. Sabariensibus : aenigmata vestra prodibunt in No proximo. — I. B. In componendo aenigmate: tria habes vocabula superflua; non licuit unius litterae causa vocabulum inserere quinque litterarum; incipit illa sententia coniunctione donec, non dum; elaborandum erat totum distichon, non solum prima pars hexametrica. Emenda; remitte: prodibit. — I. Sz. Aenigma tuum omnino inexplicabili videatur. Tu quidem in solvendo refers duo fuisse mala in arbore: at si post quassatam arborem nullum in arbore malum, nullum humi, — ubi sunt? Comedit ea forsitan ille fur esuriens? At si adeo esuriebat, ut fame coactus furtum fecerit: potuit comedere non solum duo, sed

III.

(Compositum a Lazaro Löw.)

- 1, 12, 2, 3, 4 = bestia hieme dormiens.
7, 6, 5, 20, 6 = nomen litterae Graecae.
15, 19, 18, 21, 22 = praenomen Romanum.
11, 10, 8, 6, 5 = coniunctio copulativa.
16, 17, 13, 14 = eaedem, quae divitiae.
1 — 22 = proverbium notissimum.

IV.

Supple vocabula subserita desideratis litteris initialibus; reddent tibi nomen rerum scriptoris Romani: —ibum, —dus, —ia, —mago, —sus, —tudium.

(Ladislaus Ránzay.)

et duodecim mala. — Magd. R. Latinitas tua, qua fabulam convertisti, est acceptabilis: sed non potest accipi ipsa fabula. Nulla enim inest ratio, cur illi ranas sic dictae pessimistae in lacte pereundum fuerit. Aptiora convertas! — I. A. Mutatis mutandis prodibit fabula. — Hel. B. Peiso est nomen lacus Fertő. Balaton raro etiam Volceus dicitur. Cetera, quae commutavi, non erant menda convertendi, sed menda concipendi in ipso originali.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)